



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De institutione circuncisionis & de causa. H. I. K

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

medium contra peccatum, quod nunc baptismus Aug. lib. 3. c.  
præstat. Vnde Aug. Ex quo instituta est circumci- <sup>ii. de nuptijs  
& con.</sup>  
sio in populo Dei, quæ erat tunc signaculum iusti-  
tiae fidei, ad purgationem volebat magnis & par-  
uulis originalis veterisq; peccati: sicut baptismus  
ex illo valere coepit ad innouationem hominis, ex  
quo institutus est. Item Bed. Idem salutiferæ cura-  
tionis auxilium circumcisione in lege contra origi-  
nalis peccati vulnus agebat, quod baptismus age-  
re reuelatæ gratiæ tempore cōsuevit, excepto, quod  
regni coelestis ianuam nondum intrare poterant:  
tamen in sinu Abrahæ post mortem requiebeata  
consolati, supernæ pacis ingressum spe felici expe-  
ctabant. His apertè traditur, per circumcisionem <sup>Luc. 5. Cum  
consummatæ  
sunt dies o-  
do.</sup>  
ex quo instituta fuit, remissionem peccati origi-  
nalis & actualis paruulis & maioribus à Deo præ-  
stata, sicut nunc per baptismum datur.

De viris qui fuerunt ante circumcisionem, & de foeminis  
que fuerunt ante & post. H

Quæritur autem de viris, qui fuerunt ante cir-  
cumcisionem, & de foeminis, quæ fuerunt ante &  
post, quod remedium contra peccatum habuerunt?  
Quidam dicunt sacrificia & oblationes eis valui-  
se ad remissionē peccati. Sed melius est dicere, il-  
los qui de Abraham prodierunt, per circumcisio-  
nem iustificatos: mulieres vero per fidē & opera-  
tionē bonam, vel suam si adulteræ erant, vel paren-  
tum si paruulæ. Eos verò qui fuerunt ante circu-  
cisionē, paruulos in fide parentum, parentes verè  
per virtutem sacrificiorum, scil. quam intellige-  
bāt spiritualiter in illis sacrificiis, iustificatos. Vnde  
Greg. Quod apud nos valet aqua baptismi, hoce  
git apud veteres vel p paruulis sola fides, vel pro  
maiorib. virtus sacrificii, vel pro his qui ex Abra-  
hæ stirpe prodierunt, mysterium circumcisionis.

Greg. lib. 4.  
moral. 15. ex-  
positionis c.  
2. ad illud  
Iob. 3. Dies

De institutione & causa circumcisionis. H

Hic dicendum est, in quo instituta fuerit circumci-  
sio, & <sup>ille veritas  
in tenebris.</sup>

Si o, & quare, & cur mutata per baptismum. Abraham primus mandatum circumcisionis habuit ad probationem obediens: nec ei soli precepta fuit circuncisio, sed semini eius, i. omnibus Hebreis: quae fiebat secundum legem octauo die lapideo cultro in carne praeputii. Data a fuit circumcisio plurib. de causis, scil. ut per obedientiam mandati Abraham placeret Deo, cui per praevaricationem Adam disiplinatur. Quare data fuerat. Data etiam fuit in signum magnae fidei Abraham, qui credidit se habiturum filium, in quo fieret benedictio omnium. Deinde ut hoc signum a ceteris nationib. discerneretur populus ille, in carne vero praeputii ideo iussa est fieri circumcisio, quia in remedium instituta est originalis peccati, quod a parentib. trahimus per concupiscentiam carnis, quae in parte illa magis dominatur: & quia in parte illa culpam inobedientiae primus homo senit, decuit ut ibi signum obedientiae acciperet.

Quare die octavo & petrino cultro. I

Gen. 17. c & d 10. e & habetur 15. q. para graphis ita. Fiebat autem octaua die petrino cultro, quia & in resurrectione communis & octaua etate futura per petram Christum omnis ab electis abscedetur corruptio: & per Christi resurrectionem octaua die factam, circumciditur a peccatis anima cuiusque in eum credentis: duæ ergo res sunt illius sacramenti.

Quare in baptismum sit mutata circumcisio. K

Ideo autem mutata est circumcisio per baptismum, quia sacramentum baptissimi communius est & perfectius: quia pleniori gratia accumulatum. Ibi non peccata solum dimittebantur, sed nec gratia ad bene operandum adiutrix, nec virtutum possessio vel augmentum ibi prestabatur, ut in baptismo, ubi non tantummodo abolitur peccata, sed etiam gratia adiutrix confortur, & virtutes augentur. Unde aqua refectionis dicitur, quia aridos fecundat, etiam fructificantes ampliori vertute donat. Quia quantum-

tumcunque per fidem & charitatem ante habita-  
tam, aliquis iustus ad baptismum accedit, vberior  
remibi recipit gratiam, sed non ita in circumci-  
sione. Vnde Abrahæ per fidem iam iustificato si-  
gnaculum tantum fuit, nihil ei intus contulit.

De paruulis defunctis ante diem octauum. I

Si verò quæritur de paruulis, qui ante diē octa- Hic non te-  
uum moriebantur, antequam siebat circumcisio netur.  
ex legē, utrum saluarentur vel non? Idem potest  
responderi quod sentitur de paruulis ante baptis-  
mum defunctis: quos pereire constat. Vnde Beda, *Bed. hom. ii.*  
qui nunc per Evangelium suum terribiliter & sa- de sanctis  
lubriter clamat. Ni si quis renatus fuerit ex aqua hiemalib. in  
& Spir. S. non intrabit in regnum Dei: ipse dudum die circum-  
clamabat per suam legem. Masculis cuius preputii cisionis Do-  
caro circumcisā non fuerit, anima illa peribit de mini ad pr.  
populo suo: quia pactum meum irritum fecit. For-  
tè tamen sub lege ingruente necessitate mortis  
ante octauum diem circumcidébat sine peccato  
filios, sicut modo fit in Ecclesia de baptismo.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.

DISTINCT. II. A

Am ad sacramenta nouæ legis accedamus: quæ De sacra-  
sunt Baptismus, Confirmatio, Panis benedictio, mentis in  
id est, Eucharistia, Pœnitentia, Vnctio extrema, speciali.  
Ordo, Coniugium. Quorum alia remedium con-  
tra peccatum præbent, & gratiam adiutricem  
conferunt ut baptismus: alia remedium tantum  
sunt, ut coniugium, alia gratia & virtute nos ful- Hic non te-  
ciunt, ut Eucharistia & Ordo. netur.

Quare mox post hominis casum non fuerint instituta. B

Si vero quæritur. Quare non fuerint hæc sacra-  
menta instituta mox post hominis lapsum, cum in  
his sit iustitia & salus? Dicimus non ante aduen-  
tum Christi qui gratiam attulit, gratiæ sacramen-  
ta fuisse danda: quæ ex ipsius morte & passione  
virtutem sortita sunt. Christus autem venire no-  
lit,